

Conspectus siglorum

- A:** codex Parisinus Latinus 10318, saec. VIII ex. – IX in.
A¹: manus librarii se ipsum corrigentis
A²: manus correctoris saec. IX
A^s: manus correctoris saec. XVII

Subsidia

- D:** codex Vaticanus Latinus 3861, saec. XI
D¹: corrector codicis supra laudati
D²: corrector fidus, qui si non in omnibus, at multis locis haud dubie hausit e codice meliore et pleniore explevitque probabilissime lacunas aliquot, ut Ian et Mayhoff scribunt
- d:** codex Parisinus Latinus 6797, saec. XIII
- E:** codex Parisinus Latinus 6795, saec. X-XI
- f:** codicis Chiffletiani correctiones, desumptae e margine editionis Dalecampianae
- F:** codex Leidensis n. VII, saec. XI
F¹: codicis Leidensis corrector primus
F²: codicis Leidensis corrector alter, cui diffidendum est
- G:** codex Parisinus Latinus 6796, saec. IX-X
- S:** variae lectiones ab homine docto margini adscriptae, quae putantur ex optimi generis codice aliquo nunc deperdito desumptae et quas ex editionis Gelenianae a. 1545 exemplo in bibliotheca Barberiniana Romae adservato Detlefsenius transcripsit
- T:** codex Toletanus 47-14 (nunc Matritensis, Bibl. Nat. 10042), saec. XIII
- V:** codex Leidensis Vossianus fol. n. LXI, saec. XI
- B:** Hermolai Barbari castigationes Plinianae. Romae 1492.1493
- Bas.:** Basileensis editio (Erasmi) 1525
- Brot.:** Broterii editio Parisina 1779
- C:** Io. Caesarii editio Coloniensis 1524
- D:** Detlefseni editionis Berolinensis vol. III. 1868

- Dal.:* Dalecampii editio Lugdunensis (1587) 1606
- G:* Gelenii editio Basileensis 1554 (Eiusdem castigationes sive annotationes 1535)
- H:* Harduini editio Parisina (1685) 1741
- J:* Iani editio Teubneriana, vol. III, Lipsiae 1857
- ll.:* libri manu scripti secundum notarum explicationem in editione *C. Plinius Secundus. Naturalis Historia*, vol. III, cur. L. Ian – C. Mayhoff, Stutgardiae 1967, p. XIV
- P:* Pintiani in *C. Plinii nat. hist. libros omnes observationes*, Salmanticae 1544, Lugduni 1593
- r:* reliqui codices secundum notarum explicationem in editione *C. Plinius Secundus. Naturalis Historia*, vol. III, cur. L. Ian – C. Mayhoff, Stutgardiae 1967, p. XIV
- Salm.:* Salmasii Plinianae exercitationes in Solini polyhistora, Parisiis 1629, Traiecti ad Rhenum 1689
- Silligius:* Silligii editionis vol. III, Hamburgi et Gothae 1853
- U:* Urlichsii vindiciarum Plinianarum vol. II, Erlangae 1866
- v:* lectio vulgata secundum notarum explicationem in editione *C. Plinius Secundus. Naturalis Historia*, vol. III, cur. L. Ian – C. Mayhoff, Stutgardiae 1967, p. XIV
- Verc.:* Alexandri Benedicti editio 1507

De remediis salutaribus

De lino

Qui vela navium mirantur sciant linum herbam esse, quae amoveat Aegyptum Italiae in tantum ut a freto Siciliae Ba<1>billus praefectus sexto die aestate pervenerit Alexandriam et multi ab Herculis columnis septimo die Ostiam. Parvo ergo semine nascitur quod orbem terrarum ultro citro portat; tam gracili avena tam non alte a tellure sublata nec viribus suis nexu, sed fractum tunsumque et in mollitiem lanae coactum. Seritur sabulosis maxime unoque sulco nec magis festinat aliud. Vere satum aestate vellitur. M. Varro tradit in Serranorum familia gentilium esse feminas hac lintea veste non uti. Linteis in Germania Retovinis tenuitas summa densitasque sed lanugo nulla. Nervositas filo aequalior paene quam maris tinnitusque cum dente libeat experiri; ideo duplex quam ceteris pretium. Sed in Hispania citerior<e> habet splendorem lini praecipua torrentis, in quo politur, natura, qui adluit Tarraconem; et tenuitas mirabilis primum carbasis repertis. Est et Italiae regione Aeliana inter Padum Ticinumque amnes optimum linum ante Retovinum. Civitas est Lindos in Rhodo insula; ibi in templo Minervae thoracem ostendunt quem Minervae posuit Amasis rex Aegyptius; cuius e CCCLXV filis singula fila constant. Quod se nuperrime expertum prodit Mucianus ter consul parvasque iam reliquias eius superesse hunc experientium iniuria.

Italia et Paelignis linis honorem habet sed in culcitis praecipuam gloriam Cadurcei obtinent. Galliarum hoc et tomenta pariter inventum. Aegyptio lino minimum firmitatis plurimum lucri. Quattuor ibi genera: Taniticum, Pelusiacum, Buticum, Tentyricum, quod et othoninum appellant; fit e palustri velut harundine; sunt dumtaxat

Tit. XV Incipit Deremediis salutaribus rubr. de lino A || 1 nauit A | miratur A | linu erbā A | quae correx coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,3 quem A (sc. e diplographia, cf. verb. sq. am-) | amoveat A servavi coll. Thes. ling. Lat. 1 1975, 21 sqq. | egyptu A | italię A || 2 tantu A | sicilię A | Balbillus corr. Lipsius ad Tac. Ann. 12,22, ut Ian – Mayhoff ferunt in adpar. ad Plin. Nat. Hist. 19,1,3 | prefectus A | dię A | extate A | alexandriā A || 3 herculis A | dię A | ostiā A || 4 terrarū A | citro A, probavi coll. D necnon Silligio citroque rv | portat correx portata A (sc. e diplogr. e sq. verbo ta-m) | tam gracilia venatam non A, correx (sc. e mendosa distinctione verborum) tamen non E | sublata A, servavi coll. Silligio tolli ll. v | nexu A nexum Silligius necti edd. ad Plin. Nat. Hist. 19,5,11 || 5 fractu A, ut D²dTH praetium D²F pretium r passum v | tunsumq; A | molitiem A | lanę A | sabolosis A | unoq; A || 6 aliutve resatu A, correx atque interpunxi (sc. e mendosa distinctione verborum) | estate A | m (cum tit. comp.) A | uarro (cum punct. expunctionis supra prima u) A | serranorum A seranorum EH | familia A linea Ev ante S || 7 gentiliu A, servavi coll. Thes. ling. Lat. VI/2, 1867, 6 sqq. gentilitium (stellula insignit.) in mg. corr. A^s gentilicium edd. Plin. ad Nat. Hist. 19,1,8,12 | hac A om. edd. Plin. ibid. | germania A | retiis uinis A, correx, coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,9,18 ubi verbum loci saepe corrumpitur in codicibus (cf. e.g. retovinolinis D², cretovinis GdE) || 8 -que correx que A | lanago A | equalior A | penę A | quā A | maris A, servavi coll. Thes. ling. Lat. VIII, 424, 75 sqq. araneis edd. Plin. ad Nat. Hist. 19,1,9,21 secundum DGdB coraneis F coronae his E | tinnitus qui A (sc. e mendosa distinctione verborum) || 9 duplex A | ppręciū A | Sed A, servavi cum Silligio | citerior A, correx iam D² contra edd. Plin. nat. Hist. 19,1,2,10 ubi Et ab his Hispania citerior | splendore A || 10 pręcipua A, servavit D praecipuum edd. Plin. Nat. Hist. 19,1,2,11 una cum v -uam ll. | pollitur A | adluit A v adlatuit (all- d) ll. | terraconē A | mirabilis A mira ibi edd. Plin. ad Nat. Hist. 19,1,2,12 || 11 primu A | carbasis A | etitalię A italiae S -lia ll. v | regione A ut EH ad Plin. Nat. Hist. 19,1,1,14 ratione rv | Aeliana (eliana A) scripsi, quia extant regiones plurimae ita appellatae quibus potest referri auctoris inscitia geographica Aliana correx Turn. adv. 10,20. H | patu A | ticiuq; A || 12 retouina A, correx | minerue A || 13 toracem A | que A | minerue A | egyptius A | trecentis lxx A | 14 singula A | consta^t A | exptu A | mucianus A, correx coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,2,19 | cōs A | parbasq; A || 15 supesse A | hunc correx (sc. hunc thoracem) hac A (sc. -a- ex -ū-), hoc dubitanter proposuerunt in adpar. Ian-Mayhoff || 16 pelignis A | pręcipuam A | gloriā A | cadurcei A Cadurci Plin. Nat. Hist. 19,1,2,2 || 17 calliaru A | inuentu A | egyptio A | linu A, correx, puntans -ū ortum ex -o necnon ex homoeioleuto cum sq. verbo | minu A, correx coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,3,5 || 18 plurimu A | generata neticu A, correx coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,3,6 (sc. e mendosa distinctione verborum) | pelusiā cum A, correx coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,3,6 (sc. e mendosa distinctione verborum) | buticum A || 19 tentiryū A | othoneinu A, correx coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,3,13 ut hominum D²GF ut homines E | arundine A ||

panicula eius. Asia vero e genista facit lina et retia praecipue in piscando durantia 20
frutice madefacto X diebus. Aethiopes autem Indique e malis, Arabes e cucurbitis
in arboribus <et>, ut diximus, genistis.

Vivum linum vocant quod non absumitur ignibus, Graece 'asbestinus', ex quo in
conviviorum focis mappae tantum sorde exustae igni splendescunt magis quam aliae 25
aqua. Ex eodem funebres tunicae favillam a cinere corporis separant. Nascitur in
desertis adustisque Indiae locis inter diras [seras] serpentes adsuescitque v<iv>ere
ardendo, rarum inventu, difficile textu propter brevitatem. Colos rufus nisi cum igni
splendescit. Pretio margaritas aequat. Si arbori circumdetur, ut Anaxilaus auctor est,
prohibet ictus eius cum caeditur exaudiri. Hoc est toto orbe linum principale. Secundum
est byssinum in Achaia circa Elim genitum mulierum delictis. 30

Lintheorum lanugo e velis navium maritimarum in usu medicinae est et cinis eius spodii
vi<m> habet. Temptatum est tingui linum quoque ut vesti[tum] infamiam acciperet; in
Alexandri Magni primum classibus Indo amne navigantis versicoloribus velis; item
ad Actium cum M. Antonius <cum> Cleopatra purpureo velo venit eodemque fugit.
Linum et proeliis interest ut naufragiis, nam et thoracibus lineis quosdam pugnasse 35
reges Homerus testis est. Hinc fuisse navium armamenta apud eundem interpretantur
eruditiores quoniam cum σάρτα dixit significavit sata. Sparti usus multa post
saecula coeptus est nec ante Poenorum arma quae primum Hispaniae intulerunt.
Herba et haec <e>nim sponte nascens et quae non queat seri iuncusque proprie
aridi soli in quo nihil aliud nasci potest. Est natura eius interpolis rursusque quam 40
libet vetustum novo miscetur. Vtile tamen navibus, machinis, aedificationibus
multisque aliis vitae desideriiis; ad quos omnes usus minus XXX passuum in
latitudinem a litore Carthagini Novae in Hispania usque C- in longitudinem
nascitur, nam in Africa exiguum et inutile est. Iunco Graecos ad funes usos nomine
credamus quo herbam eam appellant et non postea palmarum foliis <ut> Theophilus 45

20 egenista A, correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,3,15 | pręcipuae A || 21 marefactū A, correxī coll. Plin. Nat.
Hist. 19,1,3,16 | decim A | dieb; A | ēthiopes A | indiq; A | arabes A | 22 arborib; A | et
supplevi putans ex aplographia prae ut omissum | genistis correxī coll. ll.v. ad Plin. Nat. Hist. 19,1,3,18 | gentis A | genitis
correxī Bas. || 23 uiuo A, correxī, putans -o ex -ū ortum. | linū A | adsummitur A, correxī coll. Plin. Nat. Hist.
19,1,4,18-19 | gręce A | acuetinon A (sc. cum sigma quod dicitur lunatum et betacismo) || 24 conuiuiorū A |
mappe A | tantū A | exuste A | splendiscunt A | alię A || 25 tunice A | fauilla A, correxī coll. Plin.
Nat. Hist. 19,1,4,22 | sepa'nt A || 26 adustisq; A | indie A | seras A seclusi, sc. e diglographia ortum |
adsuescitq; A | vivere supplevi ex omnibus codd. Plinii ad Nat. Hist. 19,1,4,24 uere A || 27 ardendo correxī coll.
Plin. Nat. Hist. 19,1,4,25, putans -ū ex -o ortum ardendū A | rarū A | textu correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,4,25
tectum A | brevitatem correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,4,25, ubi tamen utitatem F necnon utitatem D¹ || 28 precio
A | ēquat A | anaxilaus A | est correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,4,20,3 es A || 29 proibet A | cęditur
A | linū A || 30 bissinū A | achaia A | circa Elim correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,1,4,20 | circelim A |
mulierū A | delictis A, servavi coll. Thes. ling. Lat. V/1, 460 sq., 48 sq., praesertim Cassiod. In psalm. 24,6 | deliciis Plin.
Nat. Hist. 19,1,4, 20, 6 || 31 Lintheorū A | nauīū A | medicine A || 32 vim correxī ui A | temtatū A |
linū A | quoq; A | vestium correxī coll. Ev uestitum A | vestigium D¹GFd | infamiā A, servavi quia respicit locum
communem vestium fucatarum insaniam edd. Plin. || 33 Alexandri correxī coll. Plin. Nat. hist. 19,1,5,22 alexandriā A |
primū A | classib; A | Indo amne correxī induam A, sc. ex aplographia | navicantis A ante correctionem manus
saec. XVII | uersicolorib; A | uellis A || 34 attiū A | Antonius correxī antonium A Antonio v | cum ex
aplogr. omissum supplevi | cleopatra A | eodemq; A || 35 pręliis A | thoracib; A | quosdā A || 36 reges
correxī coll. Hom. Il. 2,529; 830 | troge A (sc. littera t e mendosa distinctione verbi pugnasset, diglographia corrupti in ordine
verborum Plin. Nat. hist. 19,1,6,25 pugnasse testis) | nauīū A | aput A | interpretantur A || 37 eruditiores
correxī eruditores A | qm- A | sparta A || 38 secula A | poenorū A | quę A | Hispaniae correxī
spanię A || 39 hęc A | enim supplevi nim A (sc. ex aplographia) | quę A | queat A | iuncus quę
A | probrię A || 40 aliut A | rursusq; A | quā A || 41 libet Ad libeat Plin. Nat. hist. 19,2,8, 30 |
vetustū A | nauib; A | edificationib; A || 42 multisq; A | uitę A | quos A, servavi hos Plin. Nat. hist.
19,2,8,30 | omnes correxī omnis A, ut saepe | trigenta A, (sc. triginta) servavi, putans auctorem non vidisse lineolam
supra numerum XXX positam in Plin. Nat. hist. 19,2,8,30 | passuū A || 43 a litore scripsi ut dū alitore A altiore r
(sc. e metathesi litterarum in scriptioe continua) | Karthaginiis A | noue A | in Hispania correxī (om. Plin. Nat. hist.
19,2,8,30) inspaniā A | usq; A | longitudinē A || 44 namscitur A | africa A | inutilem A | gregos
A | nomine A, servavi nomini Plin. Nat. hist. 19,2,9,31 || 45 erbāmeam A, sc. e diglographia | palmarū A |
ut supplevi, putans omiss. ex aplographia prae theo- | theophilus A, om. Plin. Nat. hist. 19,2,9,31, ubi tamen philuraque ||

atque Theophrastus ante Plinium CCCL annis. <Is> de bulbo eriophoro dicit cuius inter summum corticem eamque partem qua vescuntur esse laneam naturam ex qua inpilia vestesque conficiantur sed regionem eius non designa[n]t, nec de sparto loquitur quo apparet post id temporis in usu venisse spartum.

<De tuberibus>

50

Inter miracula est aliquid nasci ac vivere sine ulla radice: tubera vocantur undique terra circumdata nullis fibris nexa aut saltem capillamentis; quae non aliud possis dicere quam terrae incallum. Larcio Licino praetorio via dura in Hispaniam pergenti paucis his annis scimus – inquit Plinius – Carthagine accidisse mordenti tubera ut deprehensus intus denarius primos dentes inflecteret; quo manifestum erit terrae naturam in se glomerari. Certe ex his erunt quae nascentur et seri non possunt. Simile est quod in Cyrenaica provincia vocant misy, praecipuum suavitate odoris ac saporis sed carnosius et quod in Thracia iton et quod in Graecia geranion. Sed tubera aiunt cum fuerint imbres autumnales aut tonitrua crebra tunc nasci nec ultra annum durare, tenerrima autem verno esse.

55

60

De laserpicio

Laserpicium quod Graeci silphium vocant in Cyrenaica repertum cuius sucus laser vocatur ad pondus argentei denarii medicinis repensum. Multis iam annis ibi non invenitur quoniam publicani qui pascua condunt maius lucrum sentientes depopulantur pecorum pabula. Vnus omnino – inquit – nostra memoria repertus Neroni principi missus est. Reprehenditur autem inter pascua hoc signo: pecus comedit, dormit protinus, capra sternuit crebrius. Diuque iam non aliud ad nos invehitur laser quam quod in Perside aut Media et Armenia nascitur large, sed multo infra Cyrenaicum id quoque adulteratum cummi aut faba fracta. C. Valerio

65

46 adq; A atque – annis om. Plin. Nat. hist. 19,2,9,31, sed Theophrastus laudatur in Plin. Nat. hist. 19,2,10,32, ubi etiam CCCXC annis ante nos legitur | theufrastus A | pliniū A | Is supplevi, putans ex aplographia omissum post annis | eriophoro scripsi coll. Plin. Nat. hist. 19,2,10,32 eriophoron ^bepioforo A || 47 summū A | cortice meamq; A (sc. e mendosa distinctione verborum) || 48 uestesq; A | designant A, correxi, nisi ad sensum concordet cum Theophilo atque Theophrasto iam laudatis || 49 id correxi it A, sc. e diplographia spatium post id Plin. Nat. hist. 19,2,10,32 | usu A, servavi coll. r usum Ev | spartū A || 50 De tuberibus addidi || 51 aliquit A | undiq; A || 52 circūdata A | nexa A, servavi coll. D² atque Silligio nixa Plin. Nat. hist. 19,2,11,33 | quē A || 53 terrē A | incallum scripsi coll. Thes. ling. Lat. VII 1, 844,57 incallū A callum Plin. Nat. hist. 19,2,11,33 | larcio A Lartio Plin. Nat. hist. 19,2,11,35 | licino A Licinio Plin. ibid. | pretorio A | via dura scripsi, putans id depromptum e viro iura in Plin. Nat. hist. 19,2,11,35 post aplographiam uiadura A | in Hispaniam correxi inspaniā A in Hispania Plin. Nat. hist. 19,2,11,35, ubi viro iura in Hispania reddenti legitur || 54 scimo^s A | inquit A | plinius A | karthagini A || 55 denarius correxi coll. dv denarios A denaris DGF¹ denariis F²E | manifestū A | terrē A | naturā A || 56 glomerari correxi globerari A globari Plin. Nat. hist. 19,2,11,35 | quē A | possunt A, servavi possint Plin. Nat. hist. 19,2,11,35 || 57 Cyrenaica correxi, coll. Plin. Nat. hist. 19,3,12,36 cyrenica A | misy correxi coll. Plin. Nat. hist. 19,3,12,36 mysī A | p̄cipiū A || 58 thracia A necnon Ev thracia DF² threcea d trecea G | grecia A | tuuera A || 59 crebra A | annū A || 62 Laserpiciū A | silphium scripsi silphyū A silphion Plin. Nat. hist. 19,3,15,38 | cirenaica A | sucus correxi coll. DFdT sucum Arv || 63 uocatur A, servavi coll. dT uocant rv | denari A | repensum correxi cum Silligio repensu A (sc. ex aplographia) pensum ll.v || 64 qm⁻ A || 65 pecorū A | pabula scripsi pa bola A pabulo Plin. Nat. hist. 19,3,15,39 | memoriam A || 66 neroni A | autem scripsi aū A | pecus A, servavi quia in sera Latinitate pecus pro ove dicitur, unde ital. pecora ove Plin. Nat. hist. 19,3,15,39, ubi ove cum comederit dormiente protinus capra sternuente crebrius legitur || 67 cabra A | crebrius A, perperam receptum a Silligio in Plin. Nat. hist. 19,3,15,39 om. ll.v | diuq; A | aliut A || 68 inueitur A | persidem A | media A | armēnia A | large sed A necnon D²d (ubi set) G largeret D²GF laser et E laser v || 69 cyrenaicū A | quōq; A | C⁻ A | ualario A ||

M. Herennio consulibus Cyrenis advecta publice laserpicii pondo XXX⁻, Caesar 70
autem dictator initio belli civilis inter aurum argentumque protulit ex aerario laserpicii
pondo MD. Sucus duobus modis capiebatur e radice atque caule et haec duo erant
nomina: rhizias et caulias; vilior ille ac putrescens. Radici cortex niger. Hoc <ad>
mercis adulteria <usum>: sucum ipsum in vasa coniectum admixto furfure subinde 75
concutiendo ad maturitatem perducebat. Alterum eius genus est quod μαγύδαριν
vocarunt, et maius et minus vehemens, sine suco, quod circa Syriam nascitur; gignitur
et in Parnaso monte copiosum quod laserpicium vocant. Per quae omnia adulteratur
rei utilissimae auctoritas, sed probatio sinceri prima in colore modice rufo et cum
frangatur intus candido mox tralucente gutta quaeque saliva celerrime liquescat.

De herbis

80

Antiquitas, mirata es Hesperidum hortos ac regum Adonis et Alcinoi itemque
pensiles sive illos Semiramis sive Assyriae reginae <rex> Syrus fecit. Romani
quidem reges ipsi coluere, nam et Superbus nuntium illum saevum filio ex horto
remisit ac XII Tabulis nusquam nominatur villa sed pro ea hortus et pro horto 85
heredium; horto et foro tantum contra invidentium effascinationes dicari videmus
in remedio saturica signa licet Plautus hortos tutelae Veneris adsignet. Lactucinos
in Valeria familia non puduit appellari. Cucumis et cucurbita tam iacentia crescunt
quam pendentia sed cucumis cartilagine et carne constat; cucurbita cortice et
cartilagine; cortex huic uni maturitate transit in lignum. Terra conduntur raphani
napique et rapa atque alio modo inulae, siser, pastinacae. Quaedam ferulacea ut 90
anetum [et] et malvae, nam heae in Arabia septimo mense arborescunt baculorumque
usum praebentes. Est arbor malvae in Mauretania apud Lixum oppidum, ubi
Hesperidum horti produntur CC⁻ passibus ab Oceano iuxta delubrum Herculis,
altitudine pedum XX crassitudine quam circumplecti nemo possit. Eiusdem generis

70 m⁻ A | herennio A | cōs A | cyrenis A | XXX⁻ A, servavi XXX Plin. Nat. hist. 19,3,15,40 |
cēsar A || 71 arcen tumq; A | protulit scripsi protulit A protulisse Plin. Nat. hist. 19,3,15,40 | errario
A | laserpici A || 72 p⁻ A | MD corredi cum H, putans littera uncialis m generasse signum ∞ ∞⁻ ð A ∞D
D⁻ dT CXID D⁻ F CXI r⁻ | d⁻ ob; A | capiebatur A capiebant G | adq; A | hēc A || 73 rhizias
corredi coll. v (Plin. Nat. hist. 19,3,15,43) apizias A arinzias d rimzias r | caulias corredi coll. Plin. Nat. hist.
19,3,15,43 kayaiac A | ille A, servavi coll. lectione vulgata ante H illo Plin. Nat. hist. 19,3,15,43 | hac A |
hoc corredi hac A | ad supplevi, coll. Plin. Nat. hist. 19,3,15,44, omiss. ex aplographia || 74 mercis corredi, coll.
Plin. Nat. hist. 19,3,15,44 merces A | usum supplevi, omiss. ex aplographia ante sucum | coiectū A | furfore
A || 75 Alterum eius genus A Alterum genus eius Plin. Nat. hist. 19,3,16,46 | MaΔYPaΔIN A magydaris
Plin. Nat. hist. 19,3,16,46 mygdaris GdE || 76 uocarunt A vocatur Plin. Nat. hist. 19,3,16,46 | ueamens
A | circa Syriam corredi coll. Plin. Nat. hist. 19,3,16,46 cyroasiriā A || 77 farnasio A | quod A quibusdam
Plin. Nat. hist. 19,3,16,46 | laserpicū A | u oant A vocantibus Plin. Nat. hist. 19,3,16,46. | quē A || 78
utilissime A || 79 frangatur A confrangatur G frangitur v | candito A | quēque A aquequae DGF
aque d aquae v | celerime A | liquiscat A || 81 es A est Plin. Nat. hist. 19,4,19,49 | hesperidum A
| ortos A | adonis A Adonidis Plin. Nat. hist. 19,4,19,49 | altionoi A, corredi coll. Plin. Nat. hist. 19,4,19,49
| itemq; A || 82 sive corredi coll. Plin. Nat. hist. 19,4,19,49 silue A | semiramis A | assyria e A |
reginae corredi reagin A | rex supplevi, coll. J, omiss. ex aplographia | Syrus corredi, coll. J syriis A || 83
superbus A | illū A | seum A | exorto A || 84 XII corredi, coll. Plin. Nat. hist. 19,4,19,49 sii A
| nusquā A | villa sed corredi uillas et A | ortus A || 85 inuidentū A || 86 plautus A | ortos A |
tutele A | ueneris A | Lactucinos corredi coll. Plin. Nat. hist. 19,4,19,59 Letucinos A || 87 ualeria A |
putuit A | cucuruita A || 88 cartilagine A et carne A, om. ll. in Plin. Nat. hist. 19,4,22,61 || 89 cartilagine
A, om. ll. in Plin. Nat. hist. 19,4,22,61 | transsit A | lignū A | rapani A || 90 napiq; A | adq; A |
inuie A | pastinacē A | quēdā A || 91 anethum A | pr. et seclusi, sc. e diplographia ortum | malue A |
hē A | in Arabia A, servavi, Ian – Mayhoff seclusi. coll. Theophr. fictum putantes ex mabia pro malua | arbores
cont A | uaculorumq; A || 92 preuentes A | malue A | mauretanea A | aput A | Lixū A ||
93 experitum A | orti A | CC⁻ A c & is d CC Plin. Nat. hist. 19,4,22,63 | passib; A | oceano A |
delubrū A || 94 pedū A | crassitudinē A | circū plectionemo A | ceneris A ||

habenda est et cannabis; fungorum autem callum in ligni arborumque naturam 95
 putamus; nam cum his de cartilaginum genere est mira voluptate Tiberio principi
 expetitus. Nullo quippe non die contingit; pensiles eorum hortos promovebat rotis
 in solem olitor rursusque hibernis diebus intra specularium munimenta revocabat.
 Quin et lacte mulso semine eorum biduo maceratur, si seras dulciores fiunt. Crescunt
 qua coguntur forma, cum magnitudinem excessere pepones vocantur. Vivunt hausti 100
 in stomacho in posterum diem nec perfici queunt in cibis, non insalubres sunt. Tamen
 oleum refugiunt, ad aquas adrepunt ac si quid obstet curvantur intorquenturque, si vel
 bona nocte deprehendas, si vas cum aqua subiciatur, quattuor digitorum intervallo
 discendentibus an<te> posterum diem, at si oleum eodem modo sit in hamos curva<n>t.
 Se iidem in fistulam flore demisso mira longitudine crescunt. Ecce in quid quam 105
 maxime nova forma eorum in Campania probent mali cotonei effigie; melopeponam
 vocant. Non pendentes sed humi rotundantur colore aureo. Herba quaedam vocatur
 culix, adtrita semen cucumeris macerari iubent ut sine semine nascentur. Cucurbitae
 nuper in balnearum usum venere urceolorum vice, in cibis tamen saluber ac lenis.
 Sed est ex his qui perfici humano ventre nequeant sed non intumescant. Semina quae 110
 proxima collo fuerunt proceras pariunt, item ab imis sed aliquo minus, atque in medio
 rotundas, quae in lateribus crassas brevioresque. Siccantur semina in umbra et cum
 libeat serere in aqua macerantur. Salubriores autem meliores tenuioresque et quae
 pendendo crevere minimumque seminis tales habent.
 Rapa medici masculini sexus putant rutundiora, latiora vero et concava feminini; 115
 praestantiora suavitate et condiendum facilia. Saepius sata transeunt in marem.
 Idem naporum quinque genera fecere: Corinthium, Cleonaeum, Liothasium, Boeotium
 et quod per se viride dixere. Cortice et cartilagine constant raphani, quibusdam crassior
 cortex quam quibusdam arboribus; amaritudo plurima; cetera lignosa et vis mira
 colligendi spiritum laxandique ructum nisi si cum olivis druppis mandantur ut sit 120
 rarior ructus et minus faetidus. In Aegypto ex raphanis oleum faciunt; cocti dulcescunt
 et in naporum vicem transeunt. Riganur melius salsis aquis, in totum <quo>que
 salsugine amaritudo eorum eximitur. Crudos medici suadent ad colligenda acria
 viscerum cum sale ieiunos esse atque ita meatum vomitionibus praeparant. Tradunt

95 cannabis A, *servavi etiamsi Dub. Nom. Gramm. V 573,12* cannabi generis neutri, non cannabis | fungoru
 A | aute A | callū A | aruorumque A || 96 nā A | cum his A, *servavi, putans compilatorem trastulisse*
Tiberio Claudii voluptatem in fungos cucumis Plin. Nat. hist. 19,5,23,64 | carthilaginum A | tiberio A || 97 expeditus
 A | diē A | contingit A contigit Plin. Nat. hist. 19,5,23,64 | eor A | promobebat A || 98 olitur A
 olitoris G | rursusq; A | dieb; A | speculariū A || 99 quinet A qui nec E quin dH || 100 cocuntur
 A | magnitudinē Ad magnitudine Plin. Nat. hist. 19,5,23,65 | austi A || 101 icibus A | sunt *correxī* fi A,
sc. ex aplografia || 102 refuciant A | curbantur A | intorquenturq; A, *om. ll. ad Plin. Nat. hist. 19,5,23,66* ||
 103 dicatorū A || 104 discendentib; A | ante *supplevi*, coll. Plin. Nat. hist. 19,5,23,66 | an A, *sc. ex aplografia* |
 at *correxī*, coll. Plin. Nat. hist. 19,5,23,66. ad A | curvant *correxī* curbat A || 105 iidem *correxī* coll. Plin. Nat.
 hist. 19,5,23,66 | idem A | fistulā A fistula ll. v || 106 eorū A | campania A | probent A, *servavi*
provenit Plin. Nat. hist. 19,5,23,67 | effigie A | melopeponam *correxī* melopopinam A melopeponas Plin.
 Nat. hist. 19,5,23,67 || 107 pendentes *correxī* pendentes A pendent Plin. Nat. hist. 19,5,23,67 | rutundantur
 A | quedam A || 108 adtrita A, *servavi cum D* trita v ante D tritam d | nascuntur A | cucurbitē A ||
 109 usū A | urceolorum *scripsi cum D* urceolorū A urceorum Plin. Nat. hist. 19,5,24,71 | hac A || 110 Sed
 est ex his *correxī*, coll. D²dTS Silligius | sedsexis A | neq; ant A non queant Plin. Nat. hist. 19,5,24,71 | quē
 A || 111 adq; A || 112 quē A | laterib; A | brevioresque A | ubra A || 113 tenuioresq; A | que
 A || 114 minimumq; A || 116 praestantiora A | condiendum A, *servavi ut acc. Graec.* ad condiendum Plin.
 Nat. Hist. 19,5,25,75 | condendum r | Sepius A || 117 quinq; A | Corinthiū A | cleoneū A | leu-
 thasiū A | Boeotium *scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,25,75* boētiū A || 118 uiride A, *correxī cum edd. Plinii*
 corticem A, *correxī* | rapanē A, *correxī* | grassior A || 119 arborib; A || 120 spiritu A | laxandiq;
 A || 121 rarior *correxī* coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,26,79 | raro A | fētidus A | egypto A | rapanis A |
 oleū A | cocti *correxī* coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,26,85 | coeti A || 122 in totum quoque *scripsi coll. Plin. Nat.*
Hist. 19,5,26,85 in totumq; A || 123 eximimur A | acria *correxī* coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,26,85. | ēria A ||
 124 iaiunos A | adq; A | uomitionib; A | praeparant A | tardunt A ||

et praecordiis hunc sucum necessarium, quando φθειρίαισιν cordi intus inhaerentem 125
non alio potuisse expelli conpertum sit in Aegypto, regibus corpora mortuorum ad
scrutandos morbos insecantibus. Delphis quidem fertur pro dignitate cibi raphanus ex
auro dedicatus, beta ex argento, rapum ex plumbo. Scires non ibi genitum M'. Curium
imperatorem, quem rapa in foco torrentem legati cum auro invenere. Scripsit Moschion 130
Graecus unum de raphano volumen. Vtilissimi in cibis hiberno tempore existimantur
sed dentibus semper inimici, quoniam adterant; eborae certe poliunt. Odium eis cum vite
maximum, refugit quae iuxta satos.

Hibiscum a pastinaca gracilitate stat, damnatum in cibis, sed medicinae utile; in
eadem similitudine pastinaca est, quam nostri Gallicam vocant. Graece i<d> daucum. 135
Siser et ipsum Tiberius princeps nobilitavit flagitans omnibus annis ex Germania.
Scilla genere bulborum est, exacuendo aceto utilis; masculae albis foliis, feminae
nigris. Et tertium genus cibis gratum, epimedium vocatur, angustius folio est et minus
asperum. Vnum de his volumen condidit Pythagoras philosophus, colligens medicas
vires. Fodiuntur bulbi ante ver aut deteriores illico fiunt. Signum maturitatis est folia 140
inarescentia; longi ac parvi inprobantur; contra rubicundis rotundioribus, quae clausa,
et grandissimis amaritudo, plerisque in vertice, est; media eorum dulcia. Non nasci eos
nisi e[t] semine priores tradunt, sed in Praenestinis campis sponte nascuntur et in
Remorum agris.

Alium cepasque inter deos iure iurando habet Aegyptus.

Porro sectivo auctoritatem fecit princeps Nero vocis gratia ex oleo statis mensum 145
omnium diebus nihilque aliud ac ne pane quidem vescendo. Fama est Melam equestri
ordine reum ex procuratione a Tiberio principe arcessitum in summa desperatione suco
porri ad trium denariorum argenteorum pondus hausto confestim expirasse sine
cruciatu. Ampliorem modum negant noxium esse. Vlpicum quoque in hoc genere,

125 praecordiis A | ne cessariū A | φθειρίαισιν scripsi Φτειριαισιν A pthiriasim d hithiriasim D'GFS
ithiriasim D'E | inherentem A || 126 expelli A depelli Plin. Nat. Hist. 19,5,26,86 | egypto A | mortuorū
A || 127 scrutandos A | insecantibus scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,26,86 insectantib; A | delfis A |
dignitate scripsi dignitatem A | cibi correxī cui A || 128 argenta A | ex A, servavi cum Silligio e ll.v
m⁻ A | curiū A corium D'Fd augurium d² || 129 imperatorem A imperatoris D² | rapa A, servavi cum
Silligio rapum Plin. Nat. Hist. 19,5,26,87 | torrentē A | moschion A || 130 gregus A | rapano A |
cybis A | iberno A || 131 dentib; A | qm⁻ A | adterant scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,26,87 adterrant
A | eis A, servavi is Plin. Nat. Hist. 19,5,26,87 | cum vite correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,26,87 tumultum
A || 132 maximū A | refugit quae scripsi, servans anastropheⁿ refugit quē A refugitque Plin. Nat. Hist.
19,5,26,87 | satos A (non sata ut volunt Ian-Mayhoff in adpar.) GEv, servavi ratos D'Fd satus D² || 133 hibis
cum A | gracilitate A | stat A, servavi, quia dependet a praecedenti notione distat Plin. Nat. Hist. 19,5,27,89 |
cybis A | medicine A || 134 pastinaca A, servavi pastinacae Plin. Nat. Hist. 19,5,27,89 | gallectam A |
græce A Graeci Plin. Nat. Hist. 19,5,27,89 | id supplevi, sc. d omiss. ex aplographia i A | daucum DGF dauch
A daucon B claucon E claucum d || 135 tiberius A | omnib; A | ex (x p.c.) A, servavi ut supra ad l. 128
cum Silligio e Plin. Nat. Hist. 19,5,28,90 secundum FH ae DF a rv || 136 masculae corr. Ian-Mayhoff mascule A
masculum ll. Brot. masculus v | feminae corr. Ian-Mayhoff femine A feminina GEv || 137 et A ll. v, servavi
set corr. Ian-Mayhoff | cibis scripsi cuius A | epimedium correxī, quia haec herba scillae similis est eppymoenito A
epimendu E epimenidium v Epimenidu Ian-Mayhoff | angustius scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,30,93 angustis
A || 138 his A, servavi eis Plin. Nat. Hist. 19,5,30,94 | condidit scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,30,94 condedit
A | phytacoras A | philosophus scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,30,94 phyphus A || 139 fodiuntur A, servavi
effodiuntur Plin. Nat. Hist. 19,5,30,97 | bulbi scripsi uulbi A | uera ut A || 140 longi correxī cum Silligio
longe A longos Plin. Nat. Hist. 19,5,30,97 | rotundioribus, quae scripsi rutundiorib; quē A rotundioribusque
Plin. Nat. Hist. 19,5,30,97 | clausa A, servavi laus Plin. Nat. Hist. 19,5,30,97 || 141 plerisq; A | eorū A ||
142 e correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,5,30,97 et A | p^{re}nestinis A || 143 remorū A | agris A, servavi arvis
Plin. Nat. Hist. 19,5,30,97 || 144 cepasque A | interde os A | egyptus A || 145 nero A || 146 omniū
A | dieb; A | nihilq; A | ac scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,33,108 hac A | melā A | equestri scripsi
equestris A Plin. Nat. Hist. 19,6,33,110. || 147 ordine A, servavi ordinis Plin. Nat. Hist. 19,6,33,110 | procu-
ratione scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,33,110 procurationem A | tiberio A | arcessitum correxī arcersitum
A accersitum Plin. Nat. Hist. 19,6,33,110 || 148 triū A | denariorū A | argenteorū A | austo A ||
149 Ampliorem correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,33,110 ampliore A | noxiū A | quoq; A ||

alium Cyprium, alii <vocant> ἀντισκόροδον, praecipue Afris celebratur inter pulmenta 150
 ruris. Grandius alio; tritum in oleo et aceto mirum quantum increscit spuma. Omnia
 haec, ut odore careant, iubentur seri cum luna sub terra sit, colligi coitu. Sine eis,
 Menander e Graecis auctor est, alium edentibus, si radicem betae in pruna tostam
 superederint, odorem extingui. Certum est et alium et cepam extra terram quoque 155
 germinare et cauliculo acto evanescere.
 In horto satorum celerrime nascuntur ocimum, blitum, napus, eruca: tertio enim
 die erumpunt, anetum quarto, lactuca quinto, raphanus sexto, cucumis, cucurbita
 septimo; prior cucumis nascitur quam sinapi quinto; betae estate sexto, hieme decimo,
 atriplex octavo, cepae nonodecimo aut duodecimo, contumacius coriandrum, cunila 160
 quidem et origanum post trigesimum diem, omnium autem difficillime apium:
 <post> quadragesimum enim diem celerrime maiore ex parte emergit. Aliquid et
 seminum aetas confert, quoniam recentia maturius gignunt in porro, gethyo, cucumi,
 cucurbita, ex vetere autem celerius proveniunt apium, beta, cardamum, cunila,
 origanum, coriandrum. Mirum in betae semine: non enim tota eodem anno gignit,
 sed aliquid sequente, aliquid et tertio; itaque ex copia seminis modice nascitur. 165
 Quaedam anno tantum suo pariunt, quaedam saepius, sicut apium, porrum, gethyum;
 haec omnia sata plurimis annis; res tibi fertilitate proveniunt.
 Ocimum cum maledictis et probris serere praecipuum, ut laetius proveniat. Sato pavitur
 terra precantibus ne exeat. Sic et rutam furtivam tantum putant fertilius provenire.
 Mentae autem et mentastrum et nepete et intubum et puleium etiam non sata nascuntur. 170
 Ultimum lactucarum genus est, quod propter amaritudinem πικριῖδα appellant. Lactuca
 alba μηκώνις vocatur a copia lactis, soporifera, quamquam omnis somnum parere
 credantur. In Italia hoc solum genus fuit et ideo a lacte lactucae dictae. Purpleam,
 maxima radice, Caelianam vocant, rotundam, vero, minima radice, latis foliis,
 ἀστύτιδα, quidam εὐνογγείον, quoniam haec maxime refrigerandae veneri est. 175

150 aliū A | cypriū A | alii <vocant> ἀντισκόροδον scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,34,112, putans verbum
 vocant omisum ex aplographia prae anti- alianti cκοΔροN A | prēcipue A | Afris correxī afri A | celebratur
 A | pulmenta A, servavi pulmentaria Plin. Nat. Hist. 19,6,34,112 || 151 quantū A || 152 hec A | coitu
 correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,34,113 coctu A | eis A, servavi his Plin. Nat. Hist. 19,6,34,113 || 153 menander
 A | ē A | grēcis A | aliū A | edentib; A | bēte A | tostā A || 154 aliū A | cepam A |
 quoq; A || 155 evanescere A || 157 erūpunt A | quarto correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,7,35,117 quartū
 A | lactuca scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,7,35,117 lactuca A | rapanus A | cucurbita scripsi coll. Plin. Nat.
 Hist. 19,7,35,117 cucurbitas A || 158 betē A || 159 cēpē A | nonodecimo A | duodecimo A XX Plin.
 Nat. Hist. 19,7,35,117 | contumacius A | coriandrū A || 160 origanū A | trigesimū A | diē A |
 difficilime A | apiū A || 161 post supplevi | quadragesimū A XL Plin. Nat. Hist. 19,7,35,117 | diem
 A die Plin. Nat. Hist. 19,7,35,117 | celerime A | maiore scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,7,35,117 maiores
 A || 162 etas A | qm̄ A | getyo A || 163 appium A || 164 coriandrū A | bete A | tota A, nec-
 non ll., servavi ut nom., quia verbum gigno in sera Latinitate significationem passivam habet, cf. Thes. ling. Lat. VI/2,1985,21
 sqq. totum con. C e Theophr., cui edd. consent., apud Plin. Nat. Hist. 19,7,35,118 | eodē A | gignit A, servavi,
 putans hoc verbum significationem passivam habere gignitur dT gignunt G || 165 sequente A, servavi sequenti
 d | itaq; A || 166 quedam A | tantū A | quedam A | sepius A | getiū A || 167 omnia cor-
 rexi omnis A, sc. -s e diplographia prae sata | res tibi A, servavi, auctori tribuens inscitiam adiect. restibilis restibili
 Plin. Nat. Hist. 19,7,35,118 || 168 ocimū A | probriis A | praecipuum correxī prēcipium A praecipunt
 Plin. Nat. Hist. 19,7,36,120 | letius A | pabitur A || 169 prēcantib; A | fertilius correxī coll. Plin. Nat.
 Hist. 19,7,37,123 fertiūm A, sc. e diplographia || 170 mente A | nepete A | intubū A | puleiū A ||
 171 ultimū A | πικριῖδα scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,38,126 picricia A || 172 μηκώνις scripsi coll. Plin. Nat.
 Hist. 19,8,38,126 Mewnic A | soporifera A, servavi soporiferi Plin. Nat. Hist. 19,8,38,126 | quam quā A |
 omnis A omnes Plin. Nat. Hist. 19,8,38,126 || 173 credantur A creduntur Plin. Nat. Hist. 19,8,38,126 | lactuce
 A | dictē A || 174 maxima correxī maxime A maximae Plin. Nat. Hist. 19,8,38,127 | radice correxī radices
 A radices Plin. Nat. Hist. 19,8,38,127 | Caelianam scripsi cēlianam A Caecilianam Plin. Nat. Hist. 19,8,38,127 |
 rutundam A | minima correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,38,127 minime A || 175 ἀστύτιδα scripsi coll. Plin. Nat.
 Hist. 19,8,38,127 aaktyAie A | εὐνογγείον scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,38,127 eφnoyygeion A | qm̄ A |
 hec A | refrigerandae correxī iam Silligius refrigerande A refragetur Plin. Nat. Hist. 19,8,38,127 ||

Est quidem natura omnibus refrigeratrix et ideo aestate gratia. Stomacho fastidium auferunt. Divus certe <Caesar> [hac] lactuca conservatus in aegritudine fertur prudentia medici, cum prioris camerarii religio nimia ei abnegaret. Ortum <tum> repertum est etiam in alios menses eas oxymeli reservari. Sanguinem quoque augere creduntur. Neque ex eo genere possunt dici neque ex alio intubi, hiemis inpatientiores[t]. <Est> et erraticum intubum, quod in Aegypto dichorium vocant. Supra intubos <plura alias dixit>. [dixerat modo neutro hoc intubum]

Beta hortensiorum levissima est; eius duo genera: nigrum et candidius, quod praeferunt. Species summa in latitudinem ea<m> contingit, ut in lactucis, cum coeperint colorem trahere inposito levi pondere. <Ne>que alii hortensiorum latitudo maior; in binos pedes aliquando se pandunt. Candidis aiunt alvum elici, nigris inhiberi et cum brassicarum corrumpatur in dolio vini sapor eodem betae foliis demersis restitui.

Brassica toto anno seritur, quoniam et toto secatur. Cyma a prima sectione praestat. Apici luxuriae et per eum Druso Caesari fastidita non sine castigatione Tiberi patris. Post cymam ex eadem brassica contingunt aestivi autumnalesque cauliculi, mox hiberni iterumque cymae, nullo aequo genere multifero, donec fertilitate sua consummatur. Aiunt navigatione quoque longa virides cauliculos adservasse; statim desecti ita, ne humum attingant, in cados olei quam proxime siccatos obturatosque condantur, omnes spiritu exclusos.

Est silvester olus lapsana; divi Iuli triumpho milites alternis versibus exprobrare lapsana se vixisse apud Dyrrachium praemiorum parsimoniam cavillantes. Ea est cyma silvestris.

176 omnib; A | extate A | stomaco A | fastidiū A || 177 Caesar supplevi, putans nomen omiss. ex aplographia post certe Augustus v apud Plin. Nat. Hist. 19,8,38,128, sc. ex hac necnon e sq. nomine Musae medici, quod tamen auctor excerptorum omisit | hac expunxi, putans e syllaba -sar depromptum vel e diplographia sq. lac- || 178 cū A | prioris A priores DFd | camerarii correxi, quia subst. masch. a saec. VI usitatum probavi (cf. e.g. Greg. Tur. Franc. 4,7 et 26) et syllabas -rarii perturbatas ex aplographia prae re-putavi, etiamsi Cameli, sc. nomen, variis libertis impostum (cf. CIL XIV 3080-3084; XIII 1215; I 2856; VI 39532; 37506-37507; X 3699; AE 2016,267), temptavi cameli A C. Aemili C edd. apud Plin. Nat. Hist. 19,8,38,128 | ei A eam H apud Plin. Nat. Hist. 19,8,38,128 | Ortum A, servavi Or tum male legerunt Ian-Mayhoff | tum supplevi, omiss. ex aplographia | repertum scripsi (pro subst. neutr.) repertū A || 179 etiā A | alios A alienos Plin. Nat. Hist. 19,8,38,128 | oximelli A | quoq; A || 180 neq; A | inpatientiores correxi inpatientioresT A ii patientiores Silligius hi patientiores Ian-Mayhoff pat-GH | est supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,39,129, sc. omiss. ex aplographia || 181-182 egypto A | dichorium scripsi, quia excerptori videtur Graecum nomen (fortasse eius iudicio e διὸν χόραξ) adiectivo Latino erraticum quadrare dicoriū A cichorium Plin. Nat. Hist. 19,8,39,129 | plura alias dixit (sc. Plinius), supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,39,129 de quo plura alias, putans ea verba omissa, cum sq. grammaticalis adnotatio de genere verbi intubos interpolata est | dixerat modo neutro hoc intubū A, seclusi ut glossema || 183 hortensiorū A | candidius correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,40,132 candidiū A | preferunt A || 184 latitudinem A latitudine Plin. Nat. Hist. 19,8,40,134 | eam supplevi, m sc. omissam ex aplographia ea A necnon Plin. Nat. Hist. 19,8,40,134, ubi aliter interpunx. edd. | ceperint A || 185 traere A | Neque supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,40,134 que A | ortensiorū A || 186 alvum correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,40,135 aluo A | elici correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,40,135 medici A melici r | brassicarū A brassica Plin. Nat. Hist. 19,8,40,135 || 187 bete A || 188 qm- A | toto correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,137 totus A | secatur scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,137 seccatur A | cyma A necnon r Brot cymam DFD cymas v | sectione A satione Plin. Nat. Hist. 19,8,41,137 | prestat A || 189 apici A | luxuriē A | eū A | druso A | cēsari A | fastidita correxi fastiditam A fastiditus (sc. cauliculus) Plin. Nat. Hist. 19,8,41,137 | castigatione A | tyberi A || 190 ēstiuī A | autumnalesque correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,138 autumnale qui A || 191 iberni A | iterūq; A | cyme A | eque A || 192 consummatur AGE, servavi consumatur Ian-Mayhoff apud Plin. Nat. Hist. 19,8,41,138 | quoq; A | longa A longinqua Plin. Nat. Hist. 19,8,41,142 | adservasse A adservari Plin. Nat. Hist. 19,8,41,142 || 193 humū A | cados olei correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,142 cado · soli A | quā A | obturatosq; A opturatosque Plin. Nat. Hist. 19,8,41,142 || 194 condantur A conduntur GE | omnes A omni Plin. Nat. Hist. 19,8,41,142 | spiritu correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,142 piritu A (sc. s- omissa ex aplographia) | exclusos A excluso Plin. Nat. Hist. 19,8,41,144 || 195 silvester A, servavi quia in sera Latinitate holus gen. masch. invenitur, cf. Thes. ling. Lat. VI/3,2861,63 sqq., praes. Oribas. Syn. 4,3 olera silvestres silvestre Plin. Nat. Hist. 19,8,41,144 | divi correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,144 tiui A | iuli A | triū pho A | exprobrare correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,144 exprobrare A || 196 vixisse correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,41,144 uexisse A | aput A | dyrratium A | prēmiorum A | parsimoniā A || 197 seluestris A ||

Silvestrem asparagum corrudam vocant, quem Graeci ὄρμινον aut μυάκανθον; nascitur et ex arietis cornibus tunsis atque defossis.

Cardus condiuntur aceto melle diluto addita laseris radice; et cumina et quis dies 200 sine carduo sit.

Eruca, frigorum contemptrix, diversa: naturam lactucae habet concitatrixque veneris est; idcirco iungitur illi in cibis, ut nimio frigori par fervor inmixtus temperamentum aequet.

Nasturtium nomen accepit turmento narium et inde vigoris significatio proverbio 205 usurpatur utputa[s] sic: 'acrior est nasturtio'.

Ruta odit hiemem et umorem ac fimum, apricis et siccis gaudet; auctoritas ei apud antiquos fuit. Mulsum rutatum populo datum a Cornelio Cethego in consulatu collega 210 Quinti Flaminini comitiis peractis. Amicitia ei cum fico tantum: nusquam laetior provenit quam sub hac arbore.

Mentae nomen suavitas apud Graecos putavit cum ante mintha vocaretur, unde nostri nomen declinaverunt, nunc autem coepit dici ἡδύσμον.

Holusatum mirae naturae est, hipposelinum Graeci vocant, alii zmyrnum. E lacrima caulis sui nascitur. Seritur et in radice. Sucum eius qui colligunt murræ saporem habere dicunt auctorque est Theophrastus murræ sata natum. Hipposelinum provenit 215 in incultis locis lapidosus iuxta maceriam. Careum peregrinum est, genti suae nomine, in culinis principale, seritur ita ut holusatum.

Mite ligusticum silvestre est in Liguria nec minus iam ubique sativum; quidam panacem vocant. Cratevas apud Graecos cuniculam bubulam eodem nomine appellat; ceteri vero conyzam id es<t> conilaginem, thymbram vero quae sit cunila; apud nos habet 220 vocabulum et aliud, satureia dicta in condimentario genere; origano aemula et ideo nusquam utrumque additur.

Git pistrinis, anesum et anetum culinis et medicis nascuntur; sacopenium, quo laser adulteratur, et ipsum in hortis nascitur.

198 asparacum A | corrudam *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,42,145; 19,8,44,151 nec non *Thes. ling. Lat.* IV 1048,70 sqq., *praes. Cato agr.* 6,4 corrudam serito unde asparagi fiunt, unde *Plin. Nat. Hist.* 16,36,67,173 corrutam A | curis ll. | greci A | ὄρμινον *correx*i cum *Silligio*, coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,44,151 MINON A | orminum ll | hormenum H | μυάκανθον *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,44,151 α-αΔyακνθον A | myacantum ll || 199 tonsis A | adq; A || 200 Cardus A, *retinui putans nomen IV decl. ut saepe in sera Latinitate, cf. Thes. ling. Lat.* III 447, 31 sqq., *praes. Edict. Imp. Diocl.* 6,1 cardus maiores | condiuntur AD | conduntur rō | mele A | deluto A | cumina A | cumini ll | cumino *Ian-Mayhoff* | et quis A (sc. sed quibus) || 202 frigorū A | contemptrix A | post diversa *interpunxi* | naturā A | lactuce A | concitrixq; A || 203 cybis A | ferbor A || 204 equet A || 205 Nasturtium A | vigoris *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,44,155 uigori A (sc. ex *aplographia*) || 206 utputa *correx*i | utputas A (sc. e *diplographia*) | acrior *correx*i | acrio A || 207 hodit A | umorem *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,45,156 ummore A | hac A | apud A || 208 cornelio A | cetheco A | consulatu *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,45,156 consolatium A | collega A, *fortasse delendum put. Ian-Mayhoff* || 209 quinti A | Flaminini *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,45,156 flaminii AE | flamminini D | flāmmi d | collega – Flaminini *del. ut spuria U* | comitiis *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,45,156 comitis A | Amicitia ei *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,45,156 amicitie A | tantum A, *servavi atque interpunxi* tanta ut *corr. Ian-Mayhoff* | nusquā A | letior A || 211 Mente A | apud A | gregos A | putavit A, *retinui coll. Thes. ling. Lat.* X/2 2771,51 sqq.: i.q. deputare, tribuere mutavit *Plin. Nat. Hist.* 19,8,46,159 || 212 cepit A | ἡδύσμον *scripsi* ΗΔΥΟΜΟΝ A nunc - ἡδύσμον *om. ll.* || 213 holusatrū A | holus astrum E | olusatum *Plin. Nat. Hist.* 19,8,48,162 | mirē A | naturē A | hipposelinum A | greci A | zmurniū A || 214 in A, *om. Plin. Nat. Hist.* 19,8,48,162 | murre A || 215 auctorq; A | theophrastus A | natū A | hipposelinū A || 216 iuxta *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,48,163 iuxtam A, sc. e *diplographia* | peregrinū A | genti A | gentis *Plin. Nat. Hist.* 19,8,49,164 *fortasse recte* | suē A || 217 principale *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,49,164 principales A, sc. e *diplographia* | ut *correx*i | aut A, sc. e *diplographia* || 218 ligusticū A | ubiq; A | satiuom A || 219 crateuas A | apud A | grecos A | cuniculam A (*non colnila ut leg. Ian-Mayhoff, qui cunila scrips.*) | cunicula ll | bubulā A || 220 est, *supplevi* es A, sc. ex *aplographia* | conilagine A | q'ero A | quē A | sist A | cunila *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,50,165 colnila A | apud A || 221 uocabulū A | condimentario *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.* 19,8,50,165 condimentare A | oricano A | emula AF² | aemulo GdE | aemulu F¹ || 222 utrumq; A || 223 Git *scripsi cum Silligio* Gyt A | gip GdE | gyp F | pistrinis A | pistrinus ll | anesū A | anetū A | sacopeniū A || 224 ipsū A | ortis A ||

Aequinoctio autumnali seruntur coriandrum, anetum, atriplex, malva, lapathum, 225
caerefolium, quod paederoton Graeci vocant, et acerrimum sapore ignique effectus
ac saluberrimum corpori sinapi nulla cultura, melius tamen planta; immo e diverso

Serpyllo et sisymbrio montes plerique scatent. Feniculum quoque ferulacei generis 230
et gratissimum anguibas et ad condiendum plurima cuminoque perquam similis
θάψια, deinde utilissima funibus cannabis.

Bestiolarum quoque genera innascuntur: napis culices, raphano erucae et vermiculi,
item lactucis et oleri utrique hoc amplius limaces et cocleae, porro vero privata
animalia quae facillime iniecto stercore capiuntur condentia in id se. Ferro quoque 235
non expedire tangi rutam, cuniculam, mentam, ocimum auctor est Sabinius Tiro in
libro κηπουρικῶν, quem Maecenati dicavit. Idem contra formicas, non minimum
hortorum exitium, si non sint rigui, remedium monstravit limum marinum aut
cinerem obturandis earum foraminibus; sed efficacissime heliotropio herba necantur.
Quidam et aquam diluto latere crudo his inimicam putant.

Naporum medicina ervi aliquid una seri sicut olerum cicer: arcet enim urucas. Quo si 240
misso enata est in<tus>, remedio est absinthii sucus decocti inspersus vel sedi,
quam alii ἀείζωον vocant, genus hoc herbae diximus. Semen olerum si suco eius
madefactum seratur, olera nulli animalium obnoxia futura tradunt; in totum vero
necari erucas si palo inponantur in hortis ossa capitis ex equino genere, feminae 245
dumtaxat. Adversus erucas et cancrum fluviaticum in medio horto suspenso auxiliari
narrant. Sunt qui sanguineis virgis tangant ea quae nolunt his obnoxia esse. Infestant

225 Aequinoctio *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170* æquinoctium **A** | autumnali *correxī cum Silligio*
autumnalis **A**, *sc. e diplographia* autumni *Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170* | malva, lapathum *correxī coll. Plin. Nat.*
Hist. 19,8,54,170 balafathyū **A** || 226 cerefoliū **A** | paederoton *scripsi* petereton **A** paederota *Plin. Nat.*
Hist. 19,8,54,170 | greci **A** | acerrimū **A** | sapore *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170* saporem **A**, *e*
diplographia | ignique *scripsi* igniq; **A** igneique *Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170* igneque **dE** || 227 ac *correxī*
hac A | sinapi *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170, etiamsi femm. in Apic.* sinapin **A**, *fortasse e diplographia* |
immo e *conieci* inmeo **A** quin e *Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170* || 228 sato *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,8,54,170*
satus **A** (*sc. -s e diplographia*) | locū **A** | qm̃ **A** | candidū **A** cadens **dEv** candens **GF** || 229 Serpillo
A | sisimbrio **A** | feniculū **A** | quoq; **A** | ferulacei *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,9,56,173* ferulaci
A || 230 anguib; **A** | condiendū **A** condienda *Plin. Nat. Hist. 19,9,56,173* | cuminoque *scripsi* cuminoq;
A cum inaruit eique *Plin. Nat. Hist. 19,9,56,173* cum inaruerit eique **d** || 231 θάψια **A** thapsia *Plin. Nat. Hist.*
19,9,56,173 | funib; **A** || 232 quoq; **A** | culices **A** pulices *Ian-Mayhoff ad Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* |
rapano **A** | erucae *scripsi coll. d* erucē **A** uricae **E** urucae *Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* || 233 utrique *scripsi*
cum D utriq; **A** utriusque **E** utriusque *Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* | cocleę **A** || 234 quę **A** | Ferro
quoque *scripsi cum GFd* ferroquoq; **A** ferroque **E** || 235 tangi *scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* etangi
A, *e diplographia* | rutā **A** | cuniculam *correxī coll. d* cunicula **A** cunilam *Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* |
mentam *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* menta **A** | ocimū **A** | Sabinius **AF** Sabinus *Plin. Nat. Hist.*
19,10,57,177 | tyro **A** || 236 κηπουρικῶν *scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,57,177* cecon **A** | quen **A** |
męcenati **A** || 237 ortorū **A** | exitium *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,178* exisum **A** | sint rigui *correxī*
coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,178 sinistrigui **A** | remediū **A** | limum *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,178*
climū **A** || 238 obturandis *correxī coll. dEG ad Plin. Nat. Hist. 19,10,58,178* opturantis **A** obdurandis *r* opturatis
v | earū **A** | foraminib; **A** | efficacissime *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,178* efficaces *sim A* |
heliotropio *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,178* elio oropio **A** | negantur **A** || 239 quidā **A** | inimicā
A || 240 Naporū **A** | medicina ervi *correxī cum Silligio* medicina erut **A** medicinae riui **d** medicinae sui **GF**
medicina est si **E** | olerū **A** | urucas **A** || 241 misso **A**, *servavi vi concessiva* omisso *Ian-Mayhoff ad Plin. Nat.*
Hist. 19,10,58,179 emissio **T** | enata est **A** enatae sint **dT** anatae sint *r* iam natae sint *v* | intus *supplevi,*
quia -tus omiss. ex aplografia prae sq. temedio putavi in **A** | temedio **A**, *t lineola obliqua expunxit atque r suprascripsit*
A² remedium *ll* | absinthii *scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,179* absenti **A** | uel **A** *om. ll* | sedi *correxī*
coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,179 sidi **A** || 242 quam **A** *servavi, quia ad sensum concordat vel notione generis neglecta ut*
saepe in sera Latinitate vel potius exhibet prolepsin pron. rel. | ἀείζωον *scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180* ΑΙΖωΝ
A | erbe **A** | olerū **A** || 243 madefactū **A** | animalīū **A** || 244 erucas **Ad**¹, *servavi quia alternat cum u-*
urucas Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180 | femine **A** || 245 erucas **A** urucas *Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180* urucas
E | cangrum **A** | fluviaticum *scripsi cum Silligio* fluviaticū **A** fluviatilem *Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180* |
orto **A** | suspenso **A** suspensum *Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180* || 246 ea quae *scripsi coll. Plin. Nat. Hist.*
19,10,58,180 eaq; **A** | nolunt **A** nolint *Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180* | his **A** us **F** iis *Plin. Nat. Hist.*
19,10,58,180 | esse **A** (*non omiss. ut perperam dixere Ian-Mayhoff, Silligium secuti*) ||

et culices riguos hortos, praecipue si sunt arbusculae aliquae; hi galbano accenso
 fugantur. Lapathum silvestre in sativis rumix vocatur, omnium fortissimum, quae
 servantur. Tradunt certe semel satum durare nec vinci umquam a terra, maxime iuxta
 aquas; <s>ucus eius cunctis <s>ana<t>. Sucorum saporumque dicenda differentia 250
 est in his sicut pomis; sunt autem acres cunilae, origani, nasturti, sinapis, amari vero
 absinthii, centauryae, aquatiles autem cucumeres, cucurbita<e> et lactucae, acuti vero
 thymi, cunilae, acuti et odorati apii, aneti, feniculi; salsus tantum saporibus non nascitur
 nisi in cicerculis, sed extrinsecus quasi pulvis insidet. Panax piperis saporem reddit et
 magis siliquastrum; fit <ut> piperitidis nomen accepit; libanotis odorem turis, zmyrna 255
 murræ, sed libanotis locis putribus et macris ac roscidis seritur; radicem habet olusatri
 nihil differentem. Quidam eam nomine alio rosmarinum appellant.
 Ex omnibus hortensibus solis cadunt folia origano, inulae et aliquando rutae iniuria
 laesae et quidem incipiunt cadere a cacuminibus; maxime autem concava folia sunt
 cepae e<t> getio. 260
 Apio eximunt coqui de obsoniis acetum, eodem cellarii in saccis odorem vino gravem.
 Cucumin silvestrem non multo infra magnitudinem sativi scimus. Ex eo fit elaterium
 suco exeso semini quibus causa; nisi maturius in<ci>atur semen exilit oculorum
 etiam periculo. Servatur autem etiam CC annis elaterium ut Theophrastus ait,
 sed usque ad quinquagesimum annum lucernarum lumina extinguit. Hoc enim veri 265
 experimentum est, si admotum, priusquam extinguat, scintillare sursum ac deorsum
 cogat. Radix eius cum resina inpentiginem et scabiem et parotidas et panos sanat et
 cicatricibus colorem reddit; foliorum autem sucus auribus surdis cum aceto instillatur.
 Hunc cucumi<n> qui magnificant [auribus surdis cum aceto instillatur hunc cucumi
 qui magnificant] nasci praecipue in Arabia mox in Arcadia dein Cyrenis tradunt. 270
 Semen eius ad speciem scorpionum caudae reflexum sed candidum; nam et contra

247 ortos A | præcipue A | sunt A sint Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180 | arbusculae aliquae
 scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180 arbuscula ealiq; A | hi scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180 hii
 A | accenso correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,10,58,180 accesso A | 248 Laphatum A | fortissimū A ||
 249 seruantur A seruntur Silligius | nec correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,60,184 ne A | umquā A ||
 250 sucus correxi ucus A, sc. ex aplographia | eius scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,60,184 ei; A | cunctis
 (dativus commodi) sanat (absol.), correxi cunctisana A cum tisana F(?) Silligius cum tisata G cuncti sata E cum
 typsana d cum ptisana v | differentia correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 deferentia A || 251 autē A |
 cunilae correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 cunt A | nasturti scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 na-
 sturci A || 252 absinthii scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 absenthii A | centauryae scripsi quia verbum
 generis femm., ut saepe in sera Latinitate centauryē A centaurei Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 | cucumeres
 A | cucurbitae correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 cucurbita A (sc. ex aplographia) | lactucē A ||
 253 thymi scripsi coll. Salm. ad Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 tumi A | cunile A | apii scripsi coll. Plin. Nat.
 Hist. 19,12,61,186 Appii A | saporib; A || 254 insidet scripsi coll. Thes. ling. Lat. VII/1,1883,69 sqq. | insitet
 A insidet Plin. Nat. Hist. 19,12,61,186 | peperis A || 255 siliquastrum correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,62,187
 siliquastetrum A | ut supplevi | zmyrna scripsi smyrna A || 256 murrē A | putrib; A | quidā A ||
 258 omnib; A | hortensib; A | inulae scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,31,100 innulē A | rute A ||
 259 lēse A | cacuminib; A || 260 cepe A | et getio correxi coll. Plin. Nat. Hist. 19,6,31,100 egetyo A
 || 261 coqui scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 19,12,62,188 coci A | obsonis A | eodē A | cellari A ||
 262 cucūin A | elateriū A || 263 exeso conieci exeso A expresso Plin. Nat. Hist. 20,1,2,3 | quib; A
 cuius Plin. Nat. Hist. 20,1,2,3 | incidatur correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,1,2,3 indatur A || 264 etiā A |
 CC- A | elateriū A | theophrastus A || 265 sed usq; A et usque Ev eiusque r || 266 admotum scripsi
 coll. Plin. Nat. Hist. 20,1,3,5 admodū A | sursum correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,1,3,5 rursū A (sc. e diplogr.) |
 deorsū A || 267 cocat A | inpentiginē A || 268 cicaſcib; A | foliorū A | aurib; A | aceto
 A || 269-270 hunc A ipsum Plin. Nat. Hist. 20,1,3,7 | cucumin correxi cucumi A | auribus (aurib; A) –
 magnificant seclusi ut diplogr. | praecipue scripsi præcipue A praecipuum Plin. Nat. Hist. 20,1,3,7 | arabia
 A | arca diade incyrenis A || 271 caudae correxi gaude A cauda ll. H apud Plin. Nat. Hist. 20,1,3,8 |
 reflexum corr. Silligius apud Plin. Nat. Hist. 20,1,3,8 reflexus A, (sc. e diplogr. prae sed) replexa ll. H reflexa
 v | candidum scripsi candidū A ||

scorpionis ictum efficacissimum est et semen et elaterium. Ad purgandam utrimque alvum modus proportionem virium a dimidio obolo ad solidum: copiosius necat.

Anginas et arterias cum melle aut oleo vetere sanat. Multi hanc esse apud nos <putant. Apud nos> qui anginus vocetur ab aliis erraticis arbitratur; quo decocto sparsa mures non attingunt. Idem podagris eum et articularibus morbis decoctum in aceto inlinunt praesentaneo remedio, lumborum vero dolores semine sole sicca<to> dein trito denarium XX pondere in hemina aqua<e> dato sanat. Item lentigines ac maculas e facie tollet in sole inlitum.

Multi eadem omnia sativis cucumeribus adtribuunt; nam et eorum semen quantum tres digiti adprehenderunt cum cumino tritum potumque in vino tussientibus auxiliatur et phreneticis in lacte mulieris et dysintericis acetabuli mensura purulenta aliqua expuentibus cum cumino pari in pondere.

Pepones refrigerant in cibo et alvum molliunt; caro eorum epiphoris oculorum aut dolore inponitur. Radix sanat ulcera cum creta, in modum favi quae ceria vocant. Ipse cucumis odore defectum animi refovet. Coctos deraso cortice ex oleo et aceto ac melle iucundiores esse certum est.

Cucurbita silvestris σομφός Graece dicitur, quia intus inanis est; huius conmanducatae sucus stomacho prodest. Item est altera quae colocynthis dicitur plena semine et minor quam sativa, cuius semen pari numero in linteo adalligatum febribus periodicis liberat. Sativae quoque derasae sucus tepefactus auribus medetur; caro eius interior sine semine clavis pedum et suppurationibus, quae ἀποστήματα Graeci vocant; decoctae autem universae sucus dentium motus stabilit et dolores inhibet. Ramenta corticis podagras refrigerant et ardores capitis infantium maxime et ignes acros vel isdem strigmentis inpositis vel seminibus. Sucus ex strigmentis inlitus cum rosaceo et aceto febrium ardores refrigerat.

272 scorpionis scripsi scurpionis A scorpionum Ev scorpionem r | ictum scripsi ictū A ictus Plin. Nat. Hist. 20,1,3,8. | efficacissimū A | elaterium correxī laterū A | purgandam A recepi cum Silligio purgandum dTEv purgande r | utrīq; A, recepi coll. U 423 utrumque GF utroque dTJ utrique Silligius uterum Ev || 273 aluū A (-u supra -a corr. A¹) aluos GF aluosque Ev | proportionē correxī proportionem A (sc. -m e diplogr. prae virium) pro portione Plin. Nat. Hist. 20,1,3,8 | uiriū A | a A ab Plin. Nat. Hist. 20,1,3,8 | solidum scripsi solitū A || 274-275 Anginas scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,1,3,8 anginas A | hanc A, retinui, sc. acc. f. herbam subaudiendum est hunc Plin. Nat. Hist. 20,2,4,9 puntant. Apud nos supplēvi quia omis. ex aplographia | arbitratur A arbitrantur Plin. Nat. Hist. 20,2,4,9 | decocto correxī decoctu A | de eius medicina post mures addidit E || 276 podagris scripsi pudacris A | eum A cum dT | articularibus scripsi cum Silligio articularib; A articularis corr. Ian-Mayhoff articulis GF^d articulus F¹ articuli ETfH articularum v | aceto A acetum ll | inlinunt AF linunt G illiniunt ll || 277 praesentaneo scripsi presentaneo A | remedio correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,2,4,9 rūmedio A | dolores A, recepi cum Silligio dolore GFE dolori dv | siccato supplēvi coll. Plin. Nat. Hist. 20,2,4,9 sicca A || 278 denarium XX scripsi δxx A X xx D x.xx F xxx r triginta denariorum v | emina A | aquae correxī cum D aqua A | sanat Ad sanant GFED | ac correxī hac A || 279 faciē A | tollet A tollit Plin. Nat. Hist. 20,2,4,9 | inlitū A || 280 cucumerib; A, om. Plin. Nat. Hist. 20,2,5,10 | attribuunt A || 281 adprehenderunt A adprehenderint Plin. Nat. Hist. 20,2,5,10 | tritū A | potūq; A || 282 freneticis A | disintericis A || 283 expuentib; A | pari correxī pare A || 284 cibo correxī cūo A | alvum scripsi aluom A | molliunt A emolliunt Plin. Nat. Hist. 20,2,6,11 (et emolliunt alvum) | eorū A | ephyforis A | oculoR A || 285 dolore A doloribus Plin. Nat. Hist. 20,2,6,11 | cum creta scripsi (de creta in usu medicinali cf. Thes. ling. Lat. IV,1184,76 sq.: «maxime adhibetur a scriptoribus rei medicinae»; 1185,59 sqq.: «in re medic.», necnon e.g. Varro, rust. 3,9 quod extat ulcus, oblinunt figlina creta) cumcreda A concreta Plin. Nat. Hist. 20,2,6,11 trita dubitanter Ian-Mayhoff | modū A | favi quae scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,2,6,11, necnon Cels. 5,28,13 ulceris genus, quod a favi similitudine κνίov a Graecis nominatur fauiq; A | ceria A, prob. G cerea ll cerion B || 286-287 refovet A, om. ll v | ex scripsi exe (-e deleuit A¹) A | aceto A | Coctos – est uncis secluserunt Ian-Mayhoff, putantes verba ad § 11 (post emolliunt alvum) pertinere || 288 σομφός scripsi COMΦOC A spongos ll S H | grece A | conmanducate A || 289 protest A | altera A alia Plin. Nat. Hist. 20,3,8,14 | quē A || 290 adalligatū A | febrib; A | perihodicis A || 291 sativae A | quoq; A | derase A | depefactus A | aurib; A || 292 pedū A | suppurationibus scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,3,8,16 sulphurationib; A | quae scripsi quae A quas dT | ἀποστήματα scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,3,8,16 aitostHMata A | greci A | decocte A || 293 uniuerse A | sucus A supra lineam | dentiū A | modus A | inibet A || 294 infantū A || 295 stricmentis A | seminib; A | strigmentis correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,3,8,17 strigmentus A (sc. ex omooteleuto) || 296 febrū A ||

Rapo quoque vis medica est. Nam perniones fervens inpositum sanat et venerem stimulat cibo magisque si eruca conditur.

Raphani tussientibus prosunt cibo ieiunis. Cortices eorum in vino decocti mane poti ad ternos cyathos conminuunt eiciuntque cauculos. Idem in posca decocti contra serpentium morsus inlinuntur. Livori enim vero recenti corticem cum melle inponet. Idem et contra venena prosunt, cerastis et scorpionibus adversantur (vel ipso vel semine infectis e manibus inpune tractaveris, inpositoque raphano scorpiones moriuntur). Salutaris est contra fungorum aut hyoscyami venena atque, ut Nicander tradit, et contra sanguinem tauri. Prosunt et lumborum doloribus, hydropicis quoque ex aceto aut sinapi sumpti et lethargicis et comitialibus et melancholicis. Ex aceto autem <aut> melle sumpti intestinorum animalia detrahunt. Idem ad tertias decocto eorum poto cum vino enterocelicis prosunt. Hippocrates iubet capitis mulierum defluvia perfrica<ri> raphanis et super umbilicum poni contra tormenta vulvae. Reducunt et cicatrices ad colorem. Semen quoque ex aqua inpositum putat ulcera, quae phagedaenas vocant. Democritus venerem hoc cibo stimulari putat et ideo fortasse voci nocere aliqui tradunt; ad aurium quoque gravitatem sucum raphani instillari. Nam vomituris summo cibo esse eos utilissimum est.

Pastinacae simile hibiscum, quod molochen agrian vocant et aliqui πλειστολοχείαν, ulceribus, cartilaginibus fractis medetur. Folia eius ex aqua pota alvum solvunt, serpentes abigunt. Apium, vesparum, scrabronum ictibus inlita medentur.

Alterum genus est staphylinus, quod pastinacam herbaticam vocant. Cuius semen contritum et vino potum tumentem alvum et suffucationes mulierum doloresque lenit, in tantum ut vulvas corrigat. Eius radicem habentes feriri a serpentibus negantur aut qui ante gustaverint non laedi percussis. Folia eius contra cruditates manduntur.

297 perniones scripsi cum Fd̄v preñiones A pterniones S pulmones E | inpositū A || 298 cibo scripsi cyuo A | magisq; A || 299 Rafani A | tussientib; A | cybo A | eorū A | decotti A | mane correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,13,23 pane A (sc. ex. omoeoarcto prae poti) || 300 cyathos scripsi quiatos A | eiciuntque correxi eiciunt quē A et eiciunt Plin. Nat. Hist. 20,4,13,23 | cauculos A, servavi coll. Keller "RhM" 30,1875,303 ad VPS 7 Zurlī, v. 1, etiamsi ibi calculo, magister ludi, hic contra calculus lapis est, necnon Thes. ling. Lat. III 141,26 sqq. calculos Plin. Nat. Hist. 20,4,13,23 | Idem A iidem Plin. Nat. Hist. 20,3,13,23 || 301 serpentū A | enim A, vi adversativa, ut saepe in sera Latinitate, servavi, om. Plin. Nat. Hist. 20,3,13,24 || 302 Idem A iidem Plin. Nat. Hist. 20,4,13,25 | cerastis correxi cum v ceratis A ceteraseis ll caetero G | scorpionib; A | adversantur A, servavi cum Silligio adversatur ll v || 303 inpune correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,13,25 inpone A (fortasse e diglographia prae inpositoque) | tractaueris A, servavi cum Silligio tractauis F tractabis rG tractabilibus v | inpositoq; A || 304 Salutaris correxi Salutare A (fortasse e diglographia prae est), receperunt Ian-Mayhoff | est A, servavi et Plin. Nat. Hist. 20,4,13,25 sunt Ian-Mayhoff dubitanter in adpar. | fongorū A | hyoscyami A | adq; A | nicander A || 305 post tauri interpunxi | p'osunt A | dolorib; A | hydropicis A | quoq; A || 306 lethargicis A | comitialib; A | melincholicis A || 307 autem A, servavi et ll v autem et U aut e D aut Silligius | aut supplevi, putans omissum ex aplographia | detraunt A | Idem A, servavi cum D iidem Silligius item rv | tertias A | decocto correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,13,26 decoctum A || 308 poto correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,13,26 puto A | enterocelicis scripsi enterocelicis A | Hippocrates scripsi Ippogrades A | mulierū A || 309 perfricari supplevi perfrica A | rfanis A (sc. e mendosa distinctione atque aplographia) | sup (p lineola secta) A | umbilicum scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,13,27 inūilicum A | poni correxi pono A inponi Plin. Nat. Hist. 20,4,13,27 | tormenta A | vulvae scripsi uulbe A volvae Plin. Nat. Hist. 20,4,13,27 || 310 cecatrices A | quoq; A || 311 quae scripsi quae A | phagedaenas scripsi cum Ian-Mayhoff pagadenas A phagadaenas E phanad- d | potat A || 312 tradunt A tradiderunt Plin. Nat. Hist. 20,4,13,28 | quoq; A || 313 instillari A instillant Plin. Nat. Hist. 20,4,13,28 | cybo A | utilissimū A || 314 Pastinacae correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,14,29 pasticana A | hibiscum scripsi ibis cum A | πλειστολοχείαν scripsi πλειστολοχία M A || 315 ulcerib; A | cartilaginib; A | flolia A, corr. iam A^s | aluom A || 316 Apium scripsi cum Silligio Appiū A apum ll v | uesparū A | scrabronum correxi coll. Thes. ling. Lat. IV 1096,60 sq. scrbrorum A crabronum Plin. Nat. Hist. 20,4,14,29 | medentur correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,4,14,29 metetur A, sc. pro medetur, fortasse retinendum ut schema quod dicitur Atticum || 317 staphylinus scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,15,30 appilinus A | fastinacam A | herbaticam restitui coll. Thes. ling. Lat. VI/3,2624,40 i.e. Gloss. Βοτανικός, necnon mediae Latinitatis lexicis, etiamsi saepius in Latinitate ad bestias quae herbas pascuntur adiect. attinet erbaticā A erraticam Fd̄v om. EH | Cuius A eius Plin. Nat. Hist. 20,5,15,30 || 318 in vino Plin. Nat. Hist. 20,5,15,30 | aluū A | suffucatio nes A | doloresq; A || 319 feriri correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,15,31 ferri A | serpentib; A | negantur correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,15,31 necantur A || 320 lēdi A | percussis A (pro subst. f.; cf. Thes. ling. Lat. X/1, 1234,14; 1238,28) | flia A ||

Orpheus amatorium inesse staphilino dixit, fortasse quoniam venerem stimulari hoc cibo certum est. Ad omnia haec efficacior silvestris quam sativa magisque in petrosis nata. Radice eius circumsalpti dentes liberantur dolore.

Cepae silvestres non sunt; sativae olfactu ipso et delacrimatione caligini medentur, magis vero suci inunctione; item cicatricibus oculorum et albugini. Idem sucus cum melle omnia ulcera sanat, cum lacte mulierum aurículas. Alopeciae quoque tonsis cepis fricantur.

<De porro>

Porrum sectivum profluvia sanguinis sistit naribus contrito eo obturatis. Item ex abortu profluvia poto suco cum lacte mulieris; tussi etiam veteri et pectoris ac pulmonis vitiis medetur. Inlitis foliis sanantur varia et ambusta et epinyctides – ita vocatur ulcus in angulo oculi perpetuo humore manans; quidam eodem nomine appellant pusulas liveas ac noctibus inquietantes – et alia ulcera cum melle trito vel bestiarum morsus ex aceto, item serpentium aliorumque venenatorum, aurium vero vitia cum felle caprino, capitis autem dolores si in nares fundatur vel in aures duobus suci coclearibus, uno mellis. Sucus et ad serpentium scorpionumque ictum bibitur cum mero et ad lumborum dolorem, sanguinem vero excreantibus et phthisicis et distillationibus vel suco vel ex ipso cibo prodest; item contra fungorum venena; venerem autem stimulat, sitim sedat, ebrietatem discutit. Aciem tamen oculorum hebetat; vocis splendorem adfert.

Capitato porro maior ad eadem vis est. Nam sanguinem reicientibus iubet sucum eius Hippocrates dari; fecunditatem etiam feminarum putat hoc cibo augeri. Contritum ex melle ulcera curat omniaque arteriae vitia et thoracis sanat datum in sorbitione tisanae vel crudum praeter capita sine pane ita ut alternis diebus sumatur. Sic et voci et veneri somnoque multum confert. Capita autem bis aqua mutata cocta alvum emolliunt. Cortex eius decoctus inlitisque inficit canos. Magna vis eius contra aquarum et locorum mutationes; serpentes quoque et scorpiones abicit odore et contra omnis ictus potu

321 orfeus A | amatoriu A | fortasse A fortassis Plin. Nat. Hist. 20,5,15,32 | qm A | venerem
correxī venere A || 322 cybo A | hec A | efficacior A | quam correxi qua A | magisq; A || 323
eius correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,15,32 ei: A | circumsalpti correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,15,32 cirsalpiet
A || 324 Cēpe A | sativē A | delacrimatione correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,20,39 delacrimanē A |
caligini correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,20,39 calligine A || 325 inunctione correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,5,20,39
inunctionem A | cecatricib; A | oculorū A || 326 alopicie A | quoq; A || 327 cēpis A || 328 De
porro hic praeposui l. 12 sq. paginae hanc inscriptionem praebet A || 329 porrū A | sectiū A | narib; A |
eo correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,44 eoq; A || 330 etiā A | ac scripsi hac A || 331 medetur scripsi
metetur A | Uaria A vari Silligius cui Ian-Mayhoff consent. fani ll del. v | epinyctides scripsi coll. Plin. Nat.
Hist. 20,6,21,44 ephynictides A || 333 liveas correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,44 | hac A | noctib; A |
inquietantes correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,44 inquit;etantis A | trito A ll v tritis corr. Ian-Mayhoff ||
334 bestiarū A | aceto A | serpentū A | aliorumq; A | uenenatorū A | aurū A || 336 coclea-
rib; A | serpentū A | scorpionumque scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,46 scorpionumqui A | ictum
scripsi ictu A ictus v | bibitur correxi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,46 uiuitur A || 337 et ad correxi coll.
Plin. Nat. Hist. 20,6,21,46 ea A | lumborū A | dolorem A, servavi cum Silligio dolores coll. Plin. Nat. Hist.
20,6,21,46 | excreantib; A | phthisicis scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,46 phiciis A || 338 distillationib;
A | cyb; A | fungorū A || 339 autē A | sedat scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,21,47 sedat A |
ebrietatem scripsi cum Silligio ebrietatē A ebrietates ll || 340 vocis AFd voci Plin. Nat. Hist. 20,6,21,47 ||
341 reicientib; A || 342 yppocrates A | feminarū A | ciuo A | post augeri fortiter interpunxi ||
343 curat A purgat dG purga F purgare Ev | omniaque A | arterie A | datū A | soruitione A
| tisane A || 344 crudū A | prēter A | dieb; A || 345 multū A | autē A | bis correxi coll. Plin.
Nat. Hist. 20,6,22,49 uis A | aluū A || 346 inlitisq; A | aquarū A | locorū A || 347 mutaciones
A | quoq; A | abicit A abigit Plin. Nat. Hist. 20,6,23,50 | potu correxi potum A ||

vel cibo vel inlitu medicatur ac privatim haemorrhoida cum vino redditum vomit. Aconitum quoque, quod alio nomine pardalianches vocatur, debellat. Quin et suffito
 evocari secundas partium existimat Hippocrates cineremque eius cum oleo capitis 350
 ulcera manantia sanare. Diocles phreneticis elixum dabat; contra anginas autem
 tri<t>um in posca gargarizari prodest. Raucitatem quoque extenuat in pisi aut fabae
 sorbitione. In totum coctum utilius est crudo elixumque to<s>to; sic et voci plus
 confert. Temporum doloribus inlinitur elixum et pusulis coctum, dehinc cum melle
 tritum; tussi cum adipe vetus decoctum vel cum lacte. Extrahit fistulis vitia cum 355
 sulphure et resina, etiam harundines cum pice; lepras, li<ch>enas, le<n>tigines
 exulcerat sanatque cum origano vel cinis eius ex oleo et garo inlitus; sic et sacros
 ignes; sugillata autem aut liventia ad colorem reducit combustum ex melle; credunt
 et comitalem morbum sanari, si quis eo in cibis utatur ac potionem; quartanas quoque
 excutere potum caput unum <cum> laserpici obolo in vino austero; venerem quoque 360
 stimulare cum coriandro viride tritum potumque e mero. Vitia eius sunt quod oculos
 hebetat, inflationes facit, stomachum laedit copiosius sumptum, sitim gignit.

De lactuca

Lactucae sponte nascentis primum genus est quam caprinam vocant; qua pisces in
 mare defecta protinus necantur. Qui sunt in proximo huius caule et foliis contusis 365
 asperso sale nervis incisi sanantur. Eadem trita ex aceto, collata mane bis mense,
 dentis dolorem prohibet. Alterum genus est quod Graeci caesapon, tertium ἰσάτιν
 vocant; quarto infectores lanarum utuntur; id lapathum silvestri simile est. Sed quae
 rotunda folia et breviter habet hieracios dicitur, quoniam accipitres scalpendo eam
 <eius>que suco oculos tinguendo obscuritatem oculorum discutiunt. Sativae autem 370
 lactucae vim habent somnum faciendi, venerem inhibendi, aestum refrigerandi,

348 cybo A | inlitu *correxī* inlitus A | medicatur A medetur *Plin. Nat. Hist. 20,6,23,50* | ac *scripsi*
 hac A | haemorrhoida *scripsi* emorrhoida A haemorrhoidas *Plin. Nat. Hist. 20,6,23,50* || 349 Aconitum *correxī*
 atonitu A | quoq; A | pardalianches *correxī coll. v ad Plin. Nat. Hist. 20,6,23,50* paralianche A pardalian-
 chis II || 350 partium *scripsi* partuū A partus *Plin. Nat. Hist. 20,6,23,51* | existimat A existimavit E |
 Hippocrates *scripsi* yppocrates A | cineremque *scripsi* cineremq; A cinere *Plin. Nat. Hist. 20,6,23,51* ||
 351 anginas *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,23,52* anginas A || 352 trium A | quoq; A | fabae *scripsi*
 faue A || 353 sorbitione *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,23,53* sorutiones A | coctū A | elixumq; A |
 tosto *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,23,54* toto A || 354 temporū A | dolorib; A | coctū A | dehinc
 A dein T/ || 355 uetus A, *servavi ut adiect. praedic.* vetusto *Plin. Nat. Hist. 20,6,23,54* || 356 resina *correxī coll.*
Plin. Nat. Hist. 20,6,23,55 resine A | etiā A | arundines A | lebras A | lichenas *correxī coll. Plin.*
Nat. Hist. 20,6,23,55 lienas A, *fortasse quia lien pars corporis* | letigines A || 357 sanatq; A || 358 sugillata
scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,23,55 sugillat A | liventia *scripsi* libentia A | ad *correxī coll. Plin. Nat. Hist.*
20,6,23,55 aut A || 359 cibis *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,23,56* ciuis A | quoq; A || 360 excutere
scripsi. excludere A (l *lineola obliqua atque punctis insignivit* A²) | unū A | cum *supplevi* (sc. *omiss. ex aplographia*),
coll. Plin. Nat. Hist. 20,6,23,56 | uenerē A | quoq; A || 361 viride A *servavi, propter seram Latinitatem* viridi
Plin. Nat. Hist. 20,6,23,57 | potumq; A | eius *scripsi* ei; A || 362 stomachum *scripsi* stomachum A |
 lēdit A | sumptum *correxī* sumptus A (sc. *e diplogr. prae sitim*) || 364 Lactucae *scripsi* Lactuce A | sponte
correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,7,24,58 exponte A (cum *prothesi, fortasse retinendum*) | quā A | caprinā A ||
 365 defecta A, *servavi quia lactuca pro alga habetur ab excerptore, de lactuca marina cf. e.g. Cels. 2,12,1; 3,21,13* deiecta *Plin.*
Nat. Hist. 20,7,24,58 | post necantur *interpunxi* | caulē A || 366 asperso *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,7,24,58*
 asparso A | nervis A, *servavi ut abl. respectus nervi Plin. Nat. Hist. 20,7,24,58* | collata *correxī* collatas A (sc.
ex homoeoteleuto prae manebis menes) conluta *Plin. Nat. Hist. 20,7,24,58* colluta dEv conlota T conlutas F |
 mense *correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,7,24,58* menes A || 367 greci A | caesapon *scripsi coll. Plin. Nat. Hist.*
20,7,25,59 cesapū A sepason dT | ἰσάτιν *scripsi coll. Plin. Nat. Hist. 20,7,25,59* iccatin A || 368 lapathum
correxī coll. Plin. Nat. Hist. 20,7,25,59 laphathos A | quae *scripsi* quē A || 369-370 rutunda A | qm~
 A | eam <eius>que *supplevi* eamq; A | obscuritatē A | sativae A || 371 lactucē A | estum A ||

stomachum purgandi, sanguinem augendi, concoctionem adiuuandi; alvum copiosior<es> exsolvunt, modicae sistunt. In cholera quoque coctas patinis dederunt; ad quod utilissimae quam maximi caulis et amarae. Quidam et lacti infundunt deferrefactis. Semen sativarum contra scorpiones dant. Eodem poto libidinum 375 imitationes in somno compescuntur. Quidam tamen frequentiores in cibo officere claritati oculorum tradiderunt.

<De beta>

Betae efficacior est nigra quam alba: nam sucus eius capitis dolorem et vertigines, item sonitum aurium sedat, et contra serpentium ictus valet, epiphoras et fronti inlita aluminis 380 parvo admixto, ignem sacrum sine oleo trita; sic et adustis medetur et contra eruptiones papularum, et alopeciiis cruda et ulceribus, quae in capite manant. Sucus huius cum melle naribus inlitus caput purgat. Modice cum lenticula et aceto cocta ventrem mollit. Validius cocta profluvia sistit. Est et silvestris beta, quam limonium vocant <e>t alii sium sisarum. Idem longe minoribus foliis tenuioribusque ac densioribus, fere undecim cauli uni. Huius 385 semen acetabuli mensura dysintericis prodest. Aqua autem betae radice decoctae maculas vestium elui dicunt, item membranarum.

<De intubis>

Intubi quoque habent remedia. Sucos eorum cum rosaceo <...>

<interane>orum. Mirum est quod Xenocrates tradit, si ve<rum est>, menstrua contineri uno 390 die si granum unum bi<ber>int feminae, biduo, si duo, et totidem diebus quot <grana e>ae sumpserint. Marcus autem Varro coriandro <sub>trito et cumino acetoque carnem omnem aesta<te in>corruptam servari putat.

372 stomachû A | concoctionem correxî cûcoctionem A | adiubandi A | aluû A || 373 copiosiores correxî coll. Plin. Nat. Hist. 20,7,26,64 copiosior A (sc. ex aplographia prae ex-) | exsoluunt A solvunt Plin. Nat. Hist. 20,7,26,64 | modice A | colera A | quoq; A || 374 utilissime A | amare A | lacti correxî læti A lacti Tf Brot. lacte Plin. Nat. Hist. 20,7,26,67 || 375 satiuarû A || 376 imitationes scripsi imitationes A imaginationes Plin. Nat. Hist. 20,7,26,68 || 378 De beta supplevi || 379 Bête A | efficacior A || 380 sonitû A | serpentîû A | epiphyforas A || 381 ignê A | sacrû A || 382 papularû A | alopeciiis A | ulcerib; A | que A | huius A eius Plin. Nat. Hist. 20,8,27,71 || 383 narib; A | inlitus A, servavi cum D inditus Plin. Nat. Hist. 20,8,27,71 | aceto A || 384-385 limoniû A | et alii sium sisarum conieci, quia vulgatus neuroides incertus est talis ineuro A alii neuroidem Plin. Nat. Hist. 20,8,28,72 e Verc. ineuloidem ll | minorib; A | tenuiorib; q; A | densiorib; A | cauli uni correxî cum Muellero caulîû A || 386 betê A | decoctae scripsi coll. dTSilligio decocta J decocte A || 387 uestiû A | membranarû A || 388 De intubis supplevi, cf. l. 181 sq. || 389 quoq; A | eorû A | cû A | post rosaceo fortasse periût compendium capitulorum 73-218 libri XX || 390 interaneorum supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 orum A, quia pag. 267 in mg. secta | Xenocrates scripsi senocrates A | si verum est supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 siue A || 391 si correxî coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 sa A | granû A | unû A | biberint correxî et supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 ui int A | femine A | toditem A | dieb; A | quot scripsi quod A | grana eae supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 ae A || 392 Marcus scripsi cum Silligio M (cum titulo compendii, sc. 1.000.000) A | Varro scripsi uarro A | coriandro correxî coriandrû A | subtrito supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 | comino A || 393 aestate correxî et supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 eosta A | incorruptam supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,82,218 corruptâ A ||

<De atriplice>

Atriplex et silves<tre> est sed inutile homini es<t>; una et lente <diger>es et morbos facit. 395
 Panos autem et furun<culo>s incipientes duritiasque omnes vel coctum vel <cru>dum si
 linatur sanat, item ignem sacrum; <cum> melle, <ace>to, nitro dicitur et unguis scabros
 detrahare; <silv>estre praeter dicta etiam capillos tinguit.

<De malva>

Malva <est e>t sativa et silvestris; ad omnia laudatur. <Ab emol>liendo ventre malachen 400
 dicta. Duo genera earum <amp>litudine folii discernuntur; maiorem Grae<ci μαλ>σην
 vocant, at e silvestribus, cui grande <fol>ium et radices albae, althaea vocatur, ab
 excellen<tia> effectus a quibusdam pistolochia. Omne solum, <in q>uo seruntur pinguius
 faciunt. Contra omnes <acul>eato<s> ictus efficaces, praecipue scorpionum, <ves>parum
 similiumque. Quin et trita cum oleo <qua>libet earum peruncti ante vel habentes eas <non> 405
 feriantur. Folium inpositum scorpionibus <tor>porem adfert; valen<t> et contra psimithi
 ve<nen>a; aculeos omnes extrahunt inlitaе crude <cum> aphronitro. Aiunt si quis cotidie
 ex <qua>libet earum sorbeat cyathum dimidium <om>nibus morbis cariturum. Radix decocta
 fur<fur>es in capite et dentium mobilitatem sanat; eius, quae vero unum caulem habet, radice
 circa de<ntem>, qui doleat, pungunt, donec desinat dolore<m>. Cons<tat> parturientem foliis 410
 substratis celerius sol<vi>; protinus a partu revocandam ne vulva sequa<tur>. Radix una
 cauli<s> viridis iuxta alligata valde ven<trem> ciet.

394 De atriplice *supplevi* || 395 silvestre *supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,83,219* silues **A** | homini
*correx*i hominis **A** | est *correx*i es **A** | una *correx*i unam **A** | lente *correx*i | diger*es* *supplevi coll. Plin.*
Nat. Hist. 20,20,83,219 conquoqueretur difficillime || 396 furunculos *supplevi* furun s **A** | incipientes *scripsi*
 incipientis **A** | duritiasq; **A** | omnes *scripsi* omnis **A** | crudum *supplevi* dum **A** || 397 ignem *correx*i
 igne **A** | sacrum *correx*i sacru **A** | cum *supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,20,83,220; sc. omiss. ex aplographia* |
 aceto *supplevi* to **A** | unguis *scripsi* unguis **A** | scabros *scripsi* scabros **A** || 398 detraere **A** | pr*æ*ter
A | etia **A** || 399 De malva *supplevi* || 400 est et *supplevi* t **A** | Ab emolliendo *correx*i et *supplevi coll.*
Plin. Nat. Hist. 20,21,84,222 liendū **A** | ventre *correx*i uentrē **A** | malachen *correx*i coll. *Plin. Nat. Hist.*
20,21,84,222 alace **A** || 401 ea **A** | amplitudine *supplevi coll. Plin. Nat. Hist. 20,21,84,222* litudine **A** |
